



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

X. Abt Irminhart bekundet eine dem Kloster Hillersleben von Hoyer von Mansfeld gemachte Widmung, im Jahre 1153.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

X. Abt Irminhart bekundet eine dem Kloster Hillersleben von Hoyer von Mansfeld gemachte Widmung, im Jahre 1153.

Irmynhardus, dei gracia hildesleuensis ecclesie delegatus Abbas, Notum esse uolumus uniuersitati Christi fidelium, qualiter dominus Hoyerus de manesfelde beneficium quoddam in neuedebeke, quod homo suus, bernhardus nomine, sibi uoluntarie resignauerat, pro remedio anime sue sueque coniugis eunegundis suorumque filiorum, sed et cunctorum fidelium, deo sanctoque laurencio in usum famulorum cristi profuturum, contulerit, quatinus hoc nostra deinceps ecclesia libere sine omni contradictione obtineat. Cui eciam nostre societatis oracionumque communionem concessimus, hancque kartam confirmacionis sigilli nostre impressione roborauimus, quatinus et ipse apud se kartam, nostraque ecclesia pro monumento inde kartam habeat, Votivaque omnium deuotione fratrum statuimus, quatinus post obitum eius, coniugis ac filiorum eius in anniversariis eorum debitum pro defunctis officium cum compulsionem, uigiliarum missarumque decantacione persoluamus. Huic conuencionem nobiscum interfuerunt advocatus noster comes Otto, prefatus Bernardus, Bruno, Menhardus, Godescalcus, Teodoricus, Frithericus, Teodolphus aliique quam plurimi religiosi. Actum hildesleue, Anno Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>., indictione prima.

Cap. I, fol. 24.

XI. Markgraf Albrecht der Bär schenkt dem Kloster Hillersleben das im Herrschaftsberreiche seines Sohnes Otto erkaufte Gut Slautiz, am 18. Januar 1160.

In nomine sanete et individve Trinitatis, omnibus uniuersalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Ego Adelbertus, diuina cooperante clementia marchio, tam futurorum quam presentium ob precauendas execranda auaritie fallacias, notum esse cupio sancte uniuersitati fidelium, qualiter allodium quoddam, quod emi in balsamis, uillam scilicet Slautiz, cum suis appenditiis et debitis redditibus, siluis, pratis, pascuis, aquarum decursibus, una cum filio meo ottone marchione, cuius potestati subiacet, ceterorumque heredum meorum pari consensu sancto Laurentio in Hillefloue et beate memorie irminbardo abbati, ad perpetuos inibi deo seruientium usus contradidi, et tam nobilium quam ministerialium meorum stabili testimonio et ueraci confirmatione nec non sigilli mei impressione corroborari precepi. Ad hujus igitur confirmacionem tam nobilium quam aliorum fidelium nomina ascribi uolui, quatinus omnimoda presentium tollatur obliuio et futurorum fraudulenta cesset oblocutio. Quorum sunt hec nomina: Odelricus Halberstadenfis episcopus, Walo Huelbergenfis Episcopus, Conradus Camerarius, Rudolphus vicedominus, Hermannus et Gero canonici, Gerardus prepositus majoris ecclesie magdeburgenfis, Haecke decanus, Lodeuigus canonicus, Burchardus comes de ualkensten, Wernerus comes de ueltem cum filio suo Adelberto, Christianus comes de Gardenleue, Theo-